



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Exemplum conclusionis. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

stiq; ortum, facta, miracula, passionem, resurrectionem; exornandi causa collegit, tum ad propositum rediens: Ac nos, inquit, huius medicina ministri, operisq; participes sumus; quicumq; superiori loco sedemus. Sic orator Ecclesiasticus utatur hac forma dicendi, ita dictante Spiritu sancto; Ne illud quidem, quod dixerā, cogitās; digressus sum, utinam aliquo vestro cum fructu nunc redeamus, vndē deflexit oratio: quod quidem facere commodē poterit semel aut bis in concione.

Exemplum conclusionis.

Cap. XVI.

DIVVS Basilius in oratione ad diuites, expositam rationem concludens. Quid igitur, inquit, tempus expectas, cum ne mentis quidem tuæ compos es futurus? Itā Ecclesiasticus orator: Esto huius & omnium meorum sermonum, concionum, & hortationum mearum conclusio; ut sitis vos populus Dei, hereditas Christi, gaudium meum et corona mea, humana contemnes, huius exilij obliti, ad caelestem patriam adspiretis. quæ dicēdi forma, rurū maximē adhiberi posse videtur, atque etiam crebrō.

Transitionis, & Repetitionis exemplum.

Cap. XVII.

SANCTVS Chrysostomus cum orationem ostendisset, peccata expiandi vim habere; sic ad aliud argumentum transit: Nec verō peccata solum purgat oratio, sed pericula etiam grauisima depellit; deindē exemplis id confirmat: & pluribus explicatis, sic ad oracula Christi